



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

Multo plures.

Non tam loci incommoditate quàm iudicio dei in eas necessitates urgente, pugnabat enim hic deus pro Dauid.

Suspendo.

Extrema desperatio aduersariorum Christi & sacri eius euangelij usq; in finem mundi, hac suspensione declarata est, in qua dum confodiuntur gladio uerbi dei à populo Davidis, id est Christi, excæcantur & intereunt, & mortui præmuntur aceruo lapidum, quia iudicio dei excæcati redire ad uitam & ueritatem non possunt, quemadmodum dictum est Esaiæ. Excæca cor populi huius &c. Quid his prodest uanum nomen & regni Christiani titulus?

Cecinit. Prudentia istius Ioab pro suo ministerio ubiq; describitur. Neq; uero imprudens factum uidebatur occidere Absalonem contra præceptum regis. Non enim censebat aut regi aut populo commodum ut Absalon seruaretur &c. Neq; Dauid moriturus in hoc accusat Ioab &c.

Non habeo.

Vides iudicium dei, ut pereat istud regnum. Mortui enim sunt filij qui supra ei geniti scribuntur.

Si solus.] quia si plures simul fuissent, fuisset signum fugati & prostrati exercitus.



Redito Absalone Dauid restituitur regno, certatibus etiam pro ipso populo, ut quisque contendat proximus esse regi, gaudent omnes de perdito Absalone et de recepto Dauid. Hæc est mutatio dexteræ excelsi, et ueritas promissionis Dauidis regno à deo factæ. Hæc autem quid habeant allegoriæ quis ex superioribus non uidet? nempe quod reuelato errore et insipientia per bellum et gladium uerbi dei, deficiunt homines ab hypocritico et pharisaico ad ueritatis euangelicæ regnum, quemadmodum et Dauid cecinit psal. 7. Exurge domine in ira tua etc. et synagoga populorum circumdabit te, id est, ubi feceris iudicium in aduersarios, populus agnito errore redibit ad te, qui impie est per seductionem Absalonis et complicum eius auersus à te etc.

Ingressus ergo Ioab.

Prudenter orat et cum audacia coram rege et pro rege, deo ista curante, qui quacumque occasione et per quoscumque homines curam gerit pro suis.

In porta. Scilicet ciuitatis Mathanaim, quod erat signum depositi luctus et cum gaudio suscipiendi exercitus.

Et omni populo.

Quod intellige de populo qui egressus fuerat in bellum pro Dauid.

Omnis quoque populus.

Quod intellige de reliquo populo Israël qui adhæse-

rat Absaloni. Increpabant iam mutuo stulticiã suam,
ut uides in textu etc.

Cur uenitis.

Intellecto consilio Israëlis, uult Dauid ut Iuda non sit
in reducendo rege inter postremos, quia tribus sua
erat, & illic primũ factus erat rex, ad quam etiam re-
gnũ iure diuino spectabat, secundũ illud in psal. Iuda
rex meus. & secundũ prophetiã, Non auferetur scap-

Semei. Veniam rogat, & iurat ei (trum etc.
rex se non occisurum eum. Iccirco autem hoc se dicit
facere Dauid, ne gaudium quod deus dederat crudeli
uindicta minueretur in populo, & quisq; timuisset se
sibi qui aduersarius fuerat regi, id quod rursum defici-
endi ansam multis præbuisset, atq; ideo dicit illos fic-
ri sibi in Satan qui uindictam suadent. Tamen Dauid
nihil ueritus iuramentum, moriturus mandat ut fiat
contra Semei quod secundũ deum iustum est. Iuramen-
ta enim humana non ualent ad hoc, ut non fiat quod
secundum deum fieri debet.

Miphiboseth.] Hic apparet mendacium Sibe, ta-
men uix Dauid temperat sententiam ut dimidia pos-
sessio ei maneat, adeo uerisimile erat mendacium, ut
supra dictum. Puto tamen, licet non sit scriptum, Da-
uidem postea re intellecta omnia mutasse.

Battellai.] Vide supra cap. 17. uir nobilis & di-
nes fuit, & non solum cõmodo erat Dauidi, sed etiam

magno honori &c. Hic beneficium regis ut senex nō
uult, sed pro Chamabam orat, qui filius eius fuisse ui-
detur &c. Omnis autem.

Quod contendunt pro rege, ad istam receptionis le-
ticiam pertinet, ita conuertente deo corda ad Dau-
dem, ut tentaturus auerterat &c.

CAPVT XX.



Idcatur David omni piculo defunctus,
& ecce deus suscitatur ei istum aduersariū
ex Saulis reliquijs, primum ut tentatione
ista probetur David, deinde ut uideas quā fragilia
sint hominū corda ad persistendum in eo quod recte
sentiunt, præterea ut iudicio dei pereat iste Seba, qui
adhuc supersuit ex illis qui ex familia Saulis aliquid es-
se uidebantur, adeo habebat auctoritatem hic apud su-
os, ut facile cum sequerentur. Ista ergo omnia que con-
tra Davidis regnū tentata uidemus deus mirabiliter
curat pro Davidis regno stabiliendo. Istud autem scia-
tum ait scriptura, quia durius responderant Iudæi
Israëlitis, sed iudicia dei erant que caro non uidet.

Decem mulieres.

Dura certe hæc erat conditio fœminarū, que non pec-
cauerant sed uis eis illata fuerat. Verum secundum le-
gem non potuit eas dare alijs maritis, neq; forte pro-
pter scandalum licebat ei cum eis congregari, quia iana